

SUMMARIUM.

- 1 Affinitatis impedimentum in secundo & tertio genere sublatum est & n. 14.
- 2 Idem de impedimento, quo soboles susceptæ ex secundis nuptiis conjugii non poterat conjugari prioris viri & n. 15.
- 3 Impedimentum consanguinitatis & affinitatis ultra quartum gradum non extenditur & n. 16.
- 4 Papa licet supremam habeat auctoritatem, timet tamen se reprehendi.
- 5 Leges humanae variari debent ex temporum varietate.
- 6 Canonum antiquorum rigor cur nostris temporibus non sit iniquis obsequi observandus.
- 7 Ob fornicationem simplicem olim deponatur non solum clericus, sed etiam Episcopus.
- 8 Hodie factis nisi fornicatio sit notoria vel scandalosa aut diu continuata.
- 9 Depositionis pena olim dignum erat quodlibet mortale peccatum.
- 10 Scientia juris est de æternis quantum ad suam originem quæ est diuina recte rationis.
- 11 Legem finis est inuariabilis.
- 12 Lex certiora est corrigens idem sunt.
- 13 Jus Canonice est sui humanum sed largè dicitur jus diuinum.
- 14 Affinitatis genera quæ sunt & in quo differant à gradibus.
- 16 Affinitatis impedimentum, quod oritur ex fornicatione post

- Concilium Tridentinum ultra secundum gradum non extenditur.
- 17 Etiam si superveniat post Matrimonium contractum.
- 18 Et ultra secundum gradum nec dirimit Matrimonium, nec sponsalia de futuro.
- 19 Nec impedit contrahendum.
- 20 Impedimentum publicæ honestatis, quod olim oriebatur ex secundo, & tertio genere affinitatis, sublatum est à Concilio Generali.
- Idem in publicæ honestate, quæ oriebatur ex secundis nuptiis inter sobolem ex illis susceptam, & consanguineos primi viri, n. 22.
- 21 Sed publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, non est sublatum, n. 23.
- Et multo minus illa, quæ oritur ex sponsalibus de presenti, n. 24.
- 22 Vitium quiescit ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur.
- 23 Cognationis legalis impedimentum à Concilio Generali non est sublatum.
- 24 De impedimento publicæ honestatis tollendo, vel restringendo actum fuit in Concilio Lugdun. sed nihil obtentum.
- 25 Si ex Tridentino hoc impedimentum non oritur ex spon-salibus nullis, & ex validis primum gradum non excedit.
- 26 Et hoc in sponsalibus de futuro, sed in sponsalibus de presenti adhuc durat ad præscriptum juris veteris.

**N**on delet. Tollitur prohibitio contrahendi Matrimonium in secundo, & tertio affinitatis genere. Item tollitur prohibitio, per quam soboles susceptæ ex secundis nuptiis conjugii non poterat conjugari prioris viri, & prohibitio conjugii ultra quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non extenditur. Hoc statuit, iuxta ordinem litterarum, secundum Albatem & Alexan. de Navo; concordant licet ordine inverso Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Præpov. Dividitur in quatuor partes. Primò excusat correctionem juris antiqui. Secundò hic, Cum ergò, excusationem declarat, in duobus illud tollit. Tertio restringit, restrictionis causam reddens, hic, prohibitio. Quarto prohibitionem restrictam fortificans, constitutiones contrarias tollit & causas reddit, hic, Cum ergò.

Nota primò hic, Reprehensibile. Summum Pontificem, licet supremam habeat potestatem, timere tamen se reprehendi, ut sic inquitur, & in cap. Nisi supra de usu pallii, & in c. Ut nostrum, ut Eccles. Benef. Sed quidquid timeat, multoties mordetur, quod tamen non sit abique peccato, ut c. 1. infra de maledict. secundum Hoff. hic n. 1. & Joan. Andr. n. 2.

Secundò nota hic, Temporum. Statuta humana variari debent ex temporum varietate, ut hic & in concord. allegat in gloss. 1. Nec mirum, quia lex debet tempori esse conveniens, c. Erit autem lex, 4. distin. Quo fit, ut rigor antiquorum Canonum in penis insignendis hodie non sit usquequoque observandus, quia, ut inquit text. c. Fraternitatis, 34. distin. Defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distictionis Canonice non patitur in omnibus manere censuram. Unde olim propter simplicem fornicationem de rigore deponatur non tantum clericus, ut c. Si quis clericus, & c. Presbiter, 81. dist. Sed etiam Episcopus, ut c. seqq. & c. Lator, & hic gloss. 2. q. 7. Sed hodie ob simplicem fornicationem non fit depositio, ut c. A multis, de stat. & qualib. nisi sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata, c. Quam sit, infra de excess. Prælator. & c. Ex parte Adm. supra de testib. cum concord. ut per Butr. in d. c. At si clericus, n. 13. vers. Per hoc facta an simplex fornicatio, de judic. Quinimò quodlibet mortale peccatum olim erat deponitio dignum, c. Si Diaconus, 81. dist. & d. c. Presbiter. Sed hodie servabitur in his, prout legitur & notatur in d. c. At si clericus, maxime per Anton. de Butr. dict. n. 13. & Abbas n. 35.

Ex his nonnulli derivant scientie juris, afferentes eam non esse propriè scientiam, quia scientia est de incorruptibilibus, & de impossibilibus aliter se habere, ut habetur primo Posterior. Sed leges humane mutantur quotidie, ut hic. Verùm ut bene respondent Cardin. n. 2. & Abbas in 1. notab. vers. Et per hoc dicunt. Scientia juris est de æternis quantum ad suam originem, quæ est directio, seu dictamen recte rationis, nam lex semper editur, ut appetitus noxius sub juris regula coercetur, ut habetur supra in proem. Itaque tamen mutantur Constitutiones particularæ, tamen finis legis, quod est primum in intentione Legislatoris, est invariabile & leges deserviunt fini, semper enim lex debet esse ratio-

nabilis, & sic fundata super ratione naturali & immutabili, alias non est lex, ut c. Constat, 1. dist. & d. cap. Erit autem lex, 4. dist. Et ex hoc refert Cardin. d. n. 1. Præceptorem suum publice disputando, & in libro de fornicatione, legem corrigentem & correctam esse. Item est subdit ex his rejelli insulsa cogitationes Logicorum, qui carpunt quod non intelligunt.

Tertio nota hic, Humana. Jus Canonice esse jus humanum, Card. hic n. 1. alibi tamen dicitur jus Divinum, ut c. Nimis, de jurer. c. Qualiter, de accusat. & c. 1. de jurament. eorum, ubi lex canonica appellatur divina & lex civilis humana. Sed hoc intelligas largè; nam strictè Summorum Pontificum & Conciliorum Constitutiones jus divinum dici non possunt, ut hic per Abbat. n. 4.

Quarò nota hic, Revocantes. Hodie sublatum esse antiquam prohibitionem contrahendi Matrimonium in secundo & tertio genere affinitatis. Defecit habetur in c. De propinquis, 35. qu. 3. De tertio vero, in c. Porro, eadem caus. & q. 10. dicitur, quod Gregorius in c. Fraternitatis, 35. qu. 10. dixerit, qui dissolvit hæc genera affinitatis, nec verbum Deigo æternum manere, quoniam ut respondet gloss. hic in verb. Revocantes, hoc intelligi debet sine causa & ab alio, quam à successore Gregorii, ad hoc cap. Innotuit, 5. Quomodo autem, supra de elect. Itaque hodie non remanet, nisi primum affinitatis genus, restrictum tamen ad quartum gradum, ut hic. Ut autem intelligas quæ sint secunda, & tertium affinitatis genera, & in quo differant genera & gradus, consule glossam magnam hic, quæ mira facilitate hoc declarat, & eam probant, & commendant communiter scribentes.

Quintò nota hic, Non copulanda, similiter sublatum esse veterem prohibitionem, quæ cautum erat, ut nullus de consanguinitate viri præmortui possit Matrimonium contrahere cum prole ex secunda viro per mulierem suscepta, & similiter ut nullus de consanguinitate uxoris præmortue possit contrahere cum prole suscepta ex secundis nuptiis viri, de qua prohibitionem habuimus rubricam in veteri compilatione de sobole suscepta ex secundis nuptiis, ut hic referunt Joan. Andr. n. 4. in verb. Non copulanda. & Cardin. post. princip. Et quavis Abb. Antiq. n. 3. multum se involvat circa hujusmodi sobolem ex secundis nuptiis susceptam in perquirendis exemplis, quando contingat, ut quis contrahat cum sorore fratris, tamen facile ponuntur per Joan. Andr. n. 6. cum quo alii transeunt.

Sextò nota hic, Quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum. Prohibitionem conjugii inter consanguineos & affines, quæ olim usque ad septimum gradum prætendebatur, c. 1. & cap. Nullam, 35. qu. 3. & c. Ad sedem, 35. quæst. 5. hodie restrictam usque ad quartum inclusive. Sed respectu affinitatis hoc intellige de illa, quæ oritur ex copula conjugali, non autem de illa, quæ oritur ex fornicatione, & Matrimonium post contractum dirimit. Hæc enim novissimè restricta est à Trid. Sinodo ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjugantur, adeo ut in ulterioribus gradibus Matrimonium postea contractum non dirimat, ut in c. 4. sess. 24.

- de reformat. Matrim. quod etiam advertunt Navarrus in Manuali c. 22. n. 42. & Cardin. Tolet. in Summa lib. 7. c. 11. n. 4. & S. Congregatio ejusdem Concil. interpreti declaravit hoc habere locum etiam in impedimento affinitatis interveniente post Matrimonium contractum, & ultra secundum gradum non extenditur; quia si Concilium fuit quod est inanis, censetur etiam nullum quod est minus, nempe hæc affinitatem supervenientem, & quia si Concilium primum & secundum gradum, ergò in omnibus, & c. Sanctissimus Congregationis sententiam sibi relatum approbavit, non tamen voluit edi hæc de se aliquam regulam, sed ore tantum, & litteris Congregationis petentibus responderi, Rursus censuit Sacra Congregatio hujusmodi restrictionem ad primum & secundum gradum extendi etiam ad sponsalia per verba de futuro contracta, adeo ut nisi in primo, & secundo gradu hujusmodi affinitatis non dirimatur.
- 19 Et quavis contextus Concilii non addat affinitatem ex copula illicita ultra secundum gradum impedire Matrimonium contrahendum, sed tantum dicit dirimere post contractum, tamen Piv. in suo motu proprio incipit. Ad Romanum edito anno 1566. die 20. Augusti declaravit prædictam affinitatem nec dirimere, nec impedire.
- 20 In glossa magna in fine, nota per hæc Constitutionem sublatum esse impedimentum publicæ honestatis, quod oriebatur ex secundo & tertio genere affinitatis, ut in cap. Porro, 35. qu. 3. hic enim prohibetur secundum gradum, & præter hoc impedimentum erat ibi etiam publicæ honestatis, ut in iuribus duorum fratrum sive consobrinorum, uno igitur sublato per hoc capitulum, tollitur et aliud, Nam quoties vitium ex una radice nascitur, consequens est, ut una lege tollatur, l. ult. in fin. C. de iust. l. Duobus, §. Colonus, ff. de iurejur. l. Si colonus, ff. Arbor. furtim. casarum; & nota bene hæc theoreticam glossæ ad interpretationem statutorum.
- 21 Ob eandem rationem cum prohibito de sobole suscepta ex secundis nuptiis non copulanda cognationi viri prioris iubata sit per hæc Constitutionem, similiter sublata erit publicæ honestatis inde proveniens. At verò publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de futuro, iuxta textum in c. Duo fuerit, & c. Accessit, supra de sponjal. impuber. & c. Invenit, de sponjal. per hæc Constitutionem minime tollitur, eam de ea hic nihil dicitur, secundum gloss. cum qua concordat Innoc. in prinap. Abb. Antiq. n. 4. & Doctores com. maniter, & longe minus tollitur per hæc Decretalem publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de presenti; nam major honestas exigit, ut non dicam eam in uxorem, quæ fuit

sponsa de presenti consanguinei mei, quàm ut absterneam ab ea quæ fuit sponsa consanguinei mei de futuro, ut ad litteram inquit Abb. hic n. 13. & tenent Doctores in c. Sponsam, supra de sponjal. Et ob rationem glossæ similiter per hæc Constitutionem non tollitur impedimentum cognationis legalis, de quo in c. un. supra de cognat. legal. secundum Hoffen. hic n. 7. qui tamen optat has quoque revocari per expressam Constitutionem, quia modicum rationis habent, secundum quam magnum dirimunt Sacramentum.

Sed ut non-biliter refert hic Joan. Andr. n. 14. In Concil. Lugdunen. sub Gregorio X. actum fuit de tollendo impedimento iustitiæ publicæ honestatis, & aliquibus visum est illud simpliciter tolerandum, aliis hoc durum videtur, sed suadebant dari potestatem Episcopis in illis dispensandi, alii suadebant illud restringi ad sponsam primi, & secundi gradus tantum; & in aliis duobus tolli, & quamvis deliberatum fuisset per Præsidentes, ut secundum hoc ultimum fieret Constitutio, tamen non fuit obtentum.

Ceterum postea supervenit Concilium Tridentinum, quo ex parte satisfactum est desiderio Hoffen. & amplius obtentum, quam deliberatum fuerit in Concilio Lugdun. nam iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, prorsus sublata sunt (cum tamen iure veteri publicæ honestatis oriretur etiam ex sponsalibus nullis, dummodo non essent nulla ex d. facta consensu, ut cap. unic. de sponjal. lib. 6.) Ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedunt, ut patet in c. 3. sess. 24. de reformat. Matrim. ubi subiungitur ratio, quia in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibere oblique dispensatio observari, quæ ratio desumpta est ex hac Decretali in ea parte, in qua restringitur impedimentum consanguinitatis, & affinitatis ad quartum gradum.

Adverte tamen, quia ex decreto dist. c. 7. non est restricta publicæ honestatis, quæ oritur ex sponsalibus de presenti seu ex Matrimonio rato, non consummato, quia hæc illud non sit affinitas, sed publicæ honestatis, tamen est fornicationis impedimentum, quàm illud, quod oritur ex sponsalibus de futuro, & ideo minime restrictum est à Concilio, sed adhuc durat in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat, ut in Declaratoria Pii V. quæ incipit, Ad Romanum, edita Kalendis Julii 1565. ex sententia S. Congregationis Concilii. Quod locum habet etiam Matrimonium sit nullum ex alia causa quàm ex defectu consentus, ut scripsi latius in c. Ad audientiam in 1. qu. supra de sponjal.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE

Gregorius IX.

CAPUT IX.

**V**ir qui à stipite quarto gradu, & mulier quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam, qua dicitur, Quoto gradu remouor distat à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendendum ex eodem, licet possunt Matrimonialiter copulari.

SUMMARIUM.

- 1 Gradu quarto, vel criteriis distans à stipite, cum distante quinto vel ulteriori contrahere potest.
- 2 Gradu quoto remouor persona distat à communi stipite, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam.
- 3 Etiam si alter eorum distat à stipite in primo gradu, & n. 8. & n. 11. & seqq.
- 4 Gradum remotiorem in dispensationibus Matrimonialibus non sufficit exprimere, si alter ex conjugatis primum gradum quomodocumque attingat, & n. 7.
- 5 Sed in alii gradibus remotior attenditur, & trahit ad se propinquiores.

- 6 Gradus in ascendendis tot sunt, quot persona dempto sit.
- 7 Gradus primus, non autem remotior attenditur quoad obtinendam dispensationem, non autem ad inducendum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, aut publicæ honestatis, & n. seqq.
- 9 Gradus primus, & secundus publicæ honestatis sublati est à Concilio Tridentino, cum fiat computari à remotiori.
- 10 Affinitas ex fornicatione, an hodie dirimat Matrimonium secundo & tertio gradu, & n. seqq. usque ad n. 17.
- 11 Affinitatis impedimentum ex fornicatione restrictum est à

Fagnan. in IV. Lib. Decretal.



Septimo, si ex inhibitione facta Parochis ne interfint Matrimonialis, eorum persone inhabilitate essent ad ea celebranda, perisset Concilium familiarem viam impediendi quæcumque Matrimonia, Ordinari namque ex causis, quas ipsi iustas præcederent Matrimonium impedirent, & contracta dirimerent, quod esset ab omni iure alienum.

Ultimo præcipit Concilium parochis, ne vagantium Matrimonialis interfint, c. 7. sess. 24. de reform. Matrim. & tamen si interfint, Matrimonia non irritantur, quod esset si ex inhibitione ablata parochis intelligeretur facultas interficendi. Porro ubi legis prohibitio non habet perpetuam causam, actus in contrarium gestus valet, Abb. in cap. Ad Apostolicam n. 11. vers. Idem solo contrarium de regular. non igitur maioris efficacie erit Episcopi inhibiti ab hoc bona, glol. in c. Campesiali in verb. Distincto præcepto, supra de appellat. & glol. in. & hic addit. in c. fin. de Cleric. excomm. lib. 6.

Eadem conclusio procedit in Vicario parochi, licet temporali supposito quod habuerit licentiam generalem administrandi omnia Sacramenta & alia gerendi, quæ ad proprium parochum pertinent, vel saltem speciale licentiam Matrimonii celebrandi iuxta declarationem Sacre Congregationis Concilii in causa Januensi. Quod si ex inhibitione couitaret de revocatione licentiæ ab ipso Ordinario concessæ, tunc dicendum esset, non propter inhibitionem, sed propter revocationem, si tamen hic habuisset licentiam à parochio, dubitari posset an huiusmodi licentia ab Ordinario revocari posset per inhibitionem illi factam, quandoquidem Concilium pariter loquitur de Matrimonio celebrato de licentia parochi, aut Ordinarii.

Sed contra validitatem Matrimonii obijcitur primò, quia inter sacerdotes in tota Diocesi unus Episcopus est, qui totam gubernat, & à quo parochialium sacerdotum iurisdicchio dependet, quæ ad præparandum populum etinet, ut per D. Thomam in 4. dist. 25. art. 4. quæst. 1. in corp. & dist. 24. qu. 3. art. 2. qu. 1. ad 3. ideoque ipsi subalternantur omnes parochi, ita ut nihil possint decernere contra id quod Episcopus ordinari, c. 4. de offic. Archiepiscopi. sint veluti Episcopi Vicarii, & Coadiutores. Hinc notat Abbas in c. fin. de offic. Archiepiscopi. posse Episcopum circa commissis inferiori Prælato, & Episcopi Vicario in aliquibus illi inhibere potestatem, ut quod contra Episcopum decretum factum fuerit, non valeat, unde effectus decreti habet locum etiam in decreto minoris à Papa.

At responderetur hoc esse verum in his que sunt jurisdictionis, sed interponere præsentiam in celebratione Matrimonii non est jurisdictionis. Ad notata in c. fin. responderetur procedere, quando materia subiecta est potestati ipsius Episcopi, ut per eum irritari possit, ac circa Matrimonia licet habeat facultatem iudicandi, ac interdiciendi, c. 1. de consang. & affin. non tamen potest circa illa statuere, irritando, ut supra in prima ratione, ideoque Matrimonium contra ejus interdichum celebratum validum est, ut in hoc tit.

Quod si urgeat hoc esse jurisdictionis, quia Concilium cum elegit proprium parochum, respexit ad jurisdictionem, in enim alienos subditos conjungere non potest, Clem. Religiosi, in prin. de priv. DD. in c. Causis, de penit. & remiss. & in c. 2. eodem tit. in 6. ita ut propterea licet interponendo præsentiam non iudicet, non tamen tutum sit dicere hunc actum non esse jurisdictionis. Quare sicut subtrahendo contrahentes à jurisdictione parochi, limitaret Ordinarius parochi facultatem, ita ut illos Matrimonio conjungere non posset, ita vicarius inhibendo subtrahere in materiam que est sibi sua jurisdictione, & tunc non diceretur ipse illegitimare, aut inhabilitare persone, quas ipsum Concilium ex hoc quod subdit non fuit parochio, inhabiles reddidisset ad contrahendum coram eo.

Respondetur, quidquid Concilium respexerit, verum est nullam jurisdictionem parochum exercere dum conjungit parochianos suos, & quatenus per novam divisionem parochiarum suos, & quatenus per novam divisionem parochiarum, aut alias possit eos Episcopo, ut subducere ab illius jurisdictione; tamen eo casu non propter inhibitionem, sed quia non erit proprius illorum parochus, non poterit eos conjungere.

Obijcitur secundò, parochus prohibitus ab Episcopo actum gerere quoad illum actum non censetur legitimus, alioquin licet illum actum generet nec puniendus esset, sed Matrimonium non contrahi coram parochio, vel contrahi coram

parochio non legitimum paria sunt. Ergo, & c.

Respondetur, parochum legitimum dupliciter sumi posse, uno modo quoad culpam, & penam ob id quod non parit Episcopo, & hoc sensu admitti potest dici non legitimum inlar eorum, qui contrahentes contra interdichum Ecclesie illegitimi censentur, alio modo respectu validitatis actus, & hac ratione est legitimus, quia talis est, qualem Concilium requirit. Item non potest dici illegitimus, qui nec contra legem nature, qua constituit Matrimonium, in quantum est officium nature, nec contra jus divinum in quantum est Sacramentum. Item nec contra legem civilem que statuit super Matrimonio in quantum est in officium communitatis, Tabien. in verb. Impedimentum 1. n. 2.

Obijcitur terciò Archidiaconus quamvis à jure habeat, ut possit examinare ordinandos, visitare & plerumque agere, qui habentur in cap. 1. & c. Ad hæc, supra de offic. Archidiacon. tamen ab Episcopo prohibitus nihil eorum exercere potest secundum Abb. in d. c. Ad hæc, ea ratione, quia censetur Episcopi Vicarius. Ergo similiter etiam Parochus à Concilio habeat ut possit Matrimonia celebrare, quia tamen dependet ejus officium, & cura ab Episcopo, & est ejus Vicarius in parte Diocesis sibi commissa, non poterit Episcopo interdichente intervenire.

Respondetur Archidiaconum habere communicationem jurisdictionem Episcopi; & in his censeri Vicarium ipsius. Ac hæc facultas interdicendi non competit primo Episcopo, & deinde communicata fuit Parochio, ut illam dicatur habere Parochus per communicationem sive à jure, sive ab Episcopo factam; sed æquè principaliter tributa fuit à Concilio ipsi Parochio, cum prius Matrimonium etiam absque præsentia Parochi contractum valet.

Deinde responderetur & forte melius, contra opinionem Abbatis esse auctoritatem Innocentii in d. c. 1. de off. Archidiacon. quem hic omnes sequuntur & Archid. in c. Perlevis 25. dist. ut dixi plenius in d. c. Ad hæc.

Obijcitur quarto, potest Episcopus suspendere Parochum à totali curæ exercitio, & ministerio omnium Sacramentorum. Ergo etiam à ministerio unius Sacramenti, utpote à celebratione Matrimonii, arg. cap. Ex parte, il tercio in fin. sup. de decim. & c. Cui licet, de reg. jur. lib. 6.

Respondetur Parochum in celebratione Matrimonii, non præstare præsentiam nisi ut Ministerium Sacramenti, sed tanquam teidem, de quo lex confidit, & c. Rota decisi 750. n. 1. part. 1. divers. & alias censuit S. Congregatio Concilii. Quare factis est, ut remaneat proprius Parochus ad hoc ut habeat in consequentiam id, quod sibi lex concedit, & reg. Cui licet, habet multas exceptiones, ut in ea notatur. Ac præterea generalis hæc suspensio non efficit irritum Sacramentum, nisi in his, que sunt jurisdictionis, sicuti est absolutio à peccatis Concilii. Ind. cap. 5. 6. & 7. & can. 9. sess. 14. de Sacram. Pœnit.

Et consequenter suspensio ab omnibus Sacramentis non debet operari nullitatem Sacramenti Matrimonii, in quo Parochus nullam exercet jurisdictionem, sed exhibet nudam præsentiam, & ministerium facti, ut dictum est; nec per suspensionem desinit esse Parochus, §. His auctoritatibus 24. q. 1. hic, veluti à suspensis, quibus administratio inter dicitur potestas non infertur. Et propterea valet Matrimonium contractum coram Parochio excommunicato, si sit toleratus secundum Navarr. in Man. c. 27. n. 2. Quin imò & coram Parochio denunciato, excommunicato, ut respondit S. Congregatio Concilii tempore Cardin. Matthæi re diligenter examinata.

Obijcitur quinto, potest Episcopus ex Concilio concedere licentiam alieno Sacerdoti celebrandi Matrimonia inter alterius Parochianos, d. c. 1. vers. Qui aliter, sess. 24. de reform. Matrim. & sic per interdichum auferre Parochio hæc facultatem. Ergo & directè prohibendo illi ne interveniat, vel reservando sibi huiusmodi actum & facultatem.

Respondetur regardo sequelam antecedentis, quamvis enim ex eo quod ita Concilium disposuit, Episcopus possit alieno Sacerdoti talem licentiam concedere, id tamen non intelligitur privative ad proprium Parochum, sed cumulative ut ex dictis constat. Episcopo Giennem. dubitavit, an validum sit Matrimonium adhibito Parochio, cui ab Episcopo fuerat interdichum, ne illo Matrimonio interficeret, S. Congregatio censuit esse validum.



# QUI FILII SINT LEGITIMI.

Alexander III. Exoniensis Episcopi & Abbati Herfordens.

## CAPUT V.

Lator præsentium R. & infra. Cum autem idem R. H. coram sæculari iudice fupsumplit obijcere, quod pater ejus non fuit de legitimo Matrimonio natus & ideo de hæreditate avi sui, nihil posset jure successorio vendicare; tandem cum super quæstione nativitatis, coram Norvicen. Episcopo tractatum fuisset, ad nostram exitit audientiam appellatum, & infra. Idedque mandamus, quatenus causam, super quæstione nativitatis patris ejusdem R. infra duos menses sublato appellationis obitaculo terminetis. Si verd infra duos menses præfatus H. non poterit probare legitime quod obijcit, ex tunc sæculari Domino, sub cujus iudicio de hæreditate causa vertitur intimetis, ut pro quæstione nativitatis non dimittat, quin causam super hæreditate audiat & decida.

## SUMMARIUM.

- Legitimitatis quæstio opposita potenti hæreditatem est ad Ecclesiasticum iudicem remittenda.
- Legitimitatis causa est merè spiritualis, & iudex laicus nec incidenter, nec alio modo potest de ea cognoscere.
- Et quid si controversia non in jure, sed in facto consistat.
- Legitimitatis possessio relevat ab onere probandi.
- In legitimitatis quasi possessione, ut quis dicatur esse, requiritur ut vel habeatur pro filio legitimo, vel possideat bona paterna vel natus sit de ea, qua credebatur uxori. Rota decisi in causa Parmen. Status refertur.
- Expensæ, & n. seqq. usque ad n. 54. & nu. 71. usque ad n. 88.
- Revocatur, n. 88.
- Matrimonii probatio ante procreationem ac Nativitatem in causa legitimitatis proli respicit petitorium, & n. 72.
- Legitimitas cum qualitate procreationis ex Matrimonio in possessorio satis probatur ex Matrimonio ipso, & simpliciter quasi possessione legitimitatis, & n. 73.
- Etiam si concubinatus præcesserit, num. 16. & nu. 61. & 74.
- Legitimus præsumitur fuisse usque ab initio, qui ad præsens est in quasi possessione legitimitatis, & n. seqq. & n. 54. usque ad 63.
- Possessio alienæ status, vel qualitatis transfert onus probandi in adversarium, quando illa qualitas, qua inest, fuit apta inesse ab origine rei, & n. seqq. & nu. 54. usque ad 63.
- Vassallus ab origine nativitatis probatur quis ex simpliciter quasi possessione vassallus.
- Legitimitatis quasi possessio sufficit ad obtinendum etiam in petitorio.
- Filius in dubio præsumitur natus post Matrimonium, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.
- Etiam si vir uxorem ante Matrimonium cognoverit, n. 16.
- Actus qualiter probatur ex Matrimonio.
- Institutio in bonis, quorum non est capax nisi procreatus ex legitimo Matrimonio, constituit in quasi possessione legitimitatis veræ, & non pœci.
- Nominatio, & tractatus patris super legitimitate regulariter non nocet tercio.
- Fallit primò quoad effectum relevandi possessorem ab onere probandi legitimitatem.
- Fallit secundò in nominatione facta principaliter propter se conjuncta cum institutione.
- Fallit tercio, si eam tractatus concurrant alia adminicula, num. 22.
- Fallit quarto, si tercio, cujus interest, nominationi, & tractatus acquirat, n. 23.
- Tractatus parentum ad constituendum filium in quasi possessione legitimitatis fortior est, quam nominatio, & n. 30.
- Nominatio patris quando inferat ad veram filii legitimitatem.
- Legitimi appellatione intelligitur legitime procreatus, non autem legitimatus per subsequens, saltem ex communi usu loquendi.
- Possessio honorum subditorum filii commissio veram legitimitatem requirit non debetur nisi filii ex legitimo Matrimonio procreatis.
- Legitimitatis quasi possessio acquiritur filio, si fideicommissarius patitur eum succedere in bonis fideicommissi subiectis, & n. 31.
- Quasi possessio ex unico actu acquiritur.
- Nec requiritur præscripta, nisi in petitorio.
- Facta sunt potentiora, quam verba ad constituendum in quasi possessione legitimitatis, & n. 65.
- Adminicula plura pro quasi possessione qualificata legitimitatis recententur.
- Sententia super statu facit sui quoad omnes.
- Positiones jurate faciunt inter alios adminiculum.
- Fides officialis super qualificata legitimitate facit adminiculum.
- Nominatio patris, fortissima dicitur conjectura legitimitatis filii.
- Indefinita testis æquipollet universali, ut responso congruat interrogatum.
- Fama probatur per testes deponentes per verba, publice & palam dicebatur.
- Fama legitimitatis non est necessariò probanda in loco originis, sed sufficit in loco ubi filius fuit educatus, vel converfatus.
- Natum esse & procreatum, vel conceptum ex Matrimonio non differunt.
- Legitimitatis quasi possessio probatur per famam.
- Probationes plures in iudicio quasi possessionis legitimitatis conjunguntur.
- Et leviores sufficiunt.
- Instrumentum sumptum ex sumto non probat.
- Instrumentum in quo mille siman repugnat indictioni, visitatur in totum.
- Et altem non probat datum & n. 66.
- Probationes contrarie invicem conquassantur.
- Subscriptio & sigillum Notarii sunt de substantia instrumenti.
- Testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet.
- Substantia actus non præsumitur ex distantate temporis, sed solemnitas tantum.



ter parentes & filios concors Doctorum sententia est Ma-  
 trimonium dirimi jure nature, ut ex D. Thoma, Cajet &  
 aliorum compluribus patet infra num. 33. & 35. Sed in ul-  
 terioribus gradibus magnopere variatum est sententia quas  
 recenset Covarr. n. 4. Decretal. part. 2. c. 6. §. 6. d. n.  
 11. & novissime Thomas Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 51.  
 per tot. Quidam enim arbitrati sunt in linea recta Ma-  
 trimonium esse irritum jure nature in quocumque gradu in  
 infinitum & pro hac sententia plurimos tam Theologos  
 quam Canonistas cumulat idem Sanchez d. disp. 51. n. 12.  
 Licet revera quod spectat ad Canoniam, nemo affirmet diri-  
 mi in infinitum jure nature, sed tantum afferunt esse irritum  
 ex Lege Civili fundata in maxima honestate: Quia imò dum  
 dicunt eam legem non fuisse correctam per jus Canonicum,  
 non obscure innuunt hoc jure corrigi potuisse, si Ecclesia  
 voluisset, ac proinde ad jus nature non pertinere quod est  
 immutabile, §. Sed naturalia insit. de jure natur. quidam  
 vero opinantur hoc impedimentum durare quamdiu durat  
 amicitia ex ratione delumpta ab Augustino de Civitate Dei  
 lib. 15. c. 16. & relata à Gratiano in §. 1. vers. Habita 35.  
 quasi. 1. alii censent conjugalem hanc prohibitionem in li-  
 nea recta ultra vigesimum gradum non extendi, ut Covarr.  
 in 4. decretal. part. 2. c. 6. ad fin. vers. Et tamen in dis-  
 p. 51. alii eam concludunt intra quartum alii intra se-  
 cundum.

33 Sed D. Thom. in 2. 2. quasi. 154. art. 9. ad 3. satis  
 clarè in ea fuit sententia, ut Matrimonium in linea recta  
 non sit irritum jure nature ultra primum gradum: sic enim  
 ait: In commissione personarum aliquid est, quod est secu-

dum se indecens & repugnans naturali rationi sicut quod  
 commissio fiat inter parentes & filios quod est per se, & im-  
 mediata cognatio; nam filii naturaliter honorem debent pa-  
 rentibus. Unde Philog. dicit in 9. de Animal. quod quidam  
 equus, quia deceptus fuit, ut matri commiseretur, se ipsam  
 præcipitavit quæstione horre, et quod animalibus aliis  
 inest naturalis reverentia ad parentes. Alia vero persona qua  
 non conjunguntur secundum ipsos, sed per ordinem ad par-  
 entes, non habent ex se ipsa indecentiam, sed variatur circa  
 hoc decentia vel indecentia secundum consuetudinem & legem  
 humanam vel Divinam; quia usus qui ordinatur ad bonum  
 finem subiacet legi; & idè sicut Augustinus dicit 15. de  
 Civitate Dei cap. 16. Commissio fororum & fororum quàm  
 fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est  
 damnabilior Religione prohibente. Hæc S. Thom. & hic aper-  
 titus Cajetanus ait solum patrem & matrem de jure nature  
 excludi à Matrimonio & idèd Papam posse dispensare cum  
 omnibus personis conjunctis nisi cum matre & patre ut Ma-  
 trimonium contrahant, & eodem modo hoc impedimentum  
 juris naturalis ad primum gradum restringit idem S. Thomas  
 in 4. sent. distict. 49. q. 1. art. 3. & hic D. Bonavent. &  
 Richard. 9. 2. Resoluit. in tract. de Matrimonio Regis An-  
 glie fol. 3. & Alex. de Alex. in 2. part. q. 169. Palud. in  
 4. dist. 38. q. 4. art. 4. ad fin. n. 54. Augustin. Triumph.  
 in Summa de potestate Ecclesie. q. 53. art. 5. & 6. & hos  
 sequor. Quidquid tamen sit, proposita quæstio, ut inquit  
 Abbas in d. c. non debet n. 8. supra eodem, propter brevem  
 hominum vitam raro prædicatur.



DE MATRIMONIO CONTRACTO  
 CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE.

Alexander III. Paduan. Episcopo.

CAPUT I.

Litteræ, quas tua nobis fraternitas destinavit, expressè declarant, quod cum qui-  
 dam sororem suam jam nubilem, quidam se daturum in uxorem, ea præsentè &  
 consentiente, præstito juramento firmasset; & illa non post multos dies, dona & mu-  
 nera viri secundum morem terræ sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium vi-  
 rum sæpe amplexata fuisset, tandem mortuo fratre, à proprio viri sui fratre, se des-  
 ponari permisit & quod ab illo cognita fuisset, mendaciter asseverat. Cùmque eï  
 prohibuisses publicè, ne cui illorum, vel alicui se copularet, ipsa spretis monitis tuis,  
 alii nubere non expavit: demum cum mulieri præcepisses ut ad domum matris re-  
 diret, ipsa nostram audientiam appellavit, & infra. Mandamus quatenus, si est ita,  
 præfatam mulierem (ne mandatum tuum contemptibile videatur) ad domum matris  
 redire compellas & imposita sibi de tanto excessu penitentia condigna, postquam in  
 domo materna per mensem steterit, ad tertium reverti permittas.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium contra interdictum Ecclesie vel judicis contractum valet; imponitur tamen penitentia sic contrahentibus & separantur donec cognoscatur causa interdicti, & n. 4. vers. Secundo nota.
- 2 Sponsalia de futuro de jure communi transeunt in Matrimonium per ipsam copulam, non autem per oscula vel amplexus aut usum ad copulam.
- 3 Sponsalia de presenti ab impuberibus contracta transeunt perfecta ætate in Matrimonium per receptionem nomen- tum per oscula & alia hujusmodi signa.
- 4 Et quid post Concil. Trident.
- 5 Matrimonium celebratum coram Parocho, cui Ordinarius interdixerat, ne ejus celebrationi interveniret an valeat necesse fuisse decreto Concilii Tridentini de reform. Matrim. & n. 199. usque in finem.
- 6 Ecclesia tripliciter se habet in his que ad Matrimonium pertinent.
- 7 Papa solus potest inhabilitare ad Matrimonium contrahendum.
- 8 Matrimonium contractum contra interdictum Papa an tenet.
- 9 Matrimonium fortius est, quam interdictum.
- 10 Matrimonium ex impedimento temporali impedire non potest inferior à Parocho.
- Instrumenta rogata à Notario contra prohibitionem statuti valent, ibidem.
- 11 Conditio que non potest impleri de jure, sufficit ut impleatur de facto.
- 12 Parochi potest subalternatur Episcopo & n. 14. Parochia unè dicitur, ibidem.
- 13 Parochus quale Ministerium præbeat in Matrimonio.
- 14 Matrimonium contractum coram Parocho contradicente valet.
- 15 Actus gestus contra prohibitionem non habentem causam perpetuam.

- perpetuam valet.
- 16 Matrimonium contractum coram Vicario Parochi valet, non obstante Episcopi interdicto.
- 17 Et quid de alio Sacerdote habente licentiam à Parocho, & n. 23.
- Episcopus an possit revocare licentiam alii Sacerdoti concessam celebrandi Matrimonium ibidem & n. 22.
- 18 Parochus est velati Episcopi Vicarius & Coadjutor.
- 19 Episcopus an possit inhibere inferioribus potestatem circa ea que illis commissæ sunt.

Litteræ quas. Hæc Decretalis è dum sequentes secun-  
 dum Jean. Andr. & omnes possunt sic sumari. Matrimo-  
 nium contra interdictum Ecclesie vel judicis contrac-  
 tum propter hoc solum non dirimitur; imponitur tamen  
 penitentia sic contrahentibus & separantur donec cognosca-  
 tur causa interdicti. Sunc dua partes, In prima ponitur  
 facti narratio. In secunda responsio, hic, Mandamus. Nota  
 primò, sponsalia de futuro non transeunt in Matrimonium per  
 oscula, & amplexus ut in littera, nec mirum, quia nec nusus  
 ad copulam sufficit, ad hoc, sed requiritur ut mulier plene  
 cognoscatur, c. si qui fidem, juncto, capit. Adoliscens supra  
 3 de sponsal. quod tamen procedit, si sponsalia re & ve bis  
 sint de presenti. Secus autem est in sponsalibus contractis  
 per verba de presenti; que propter defectum ætatis contra-  
 hentium finguntur de futuro, quia hæc perfecta ætate per  
 receptionem munerum, per oscula, per amplexus, aut alia  
 ejusmodi signa bene transeunt in Matrimonium quod con-  
 trahentes ab initio intendebant, ut in d. cap. 1. §. 1. & dis-  
 tinguuntur hic, Joan. Andr. n. 3. in ver. Ampliata Card.  
 nu. 2. in 2. notab. Alex. de Nevo num. 3. in 2. notab. &  
 Covarr. de sponsal. part. 1. c. 4. §. 2. n. 2.

Ceterum hæc vera sunt inspecta juris communis dis-  
 positionibus; sed hostit cum ex decreto Concil. Trident. in cap.  
 1. sess. 24. de reform. Matrim. irrita sint Matrimonia alter  
 contracta quam præsentè Parocho vel alio Sacerdote de ip-  
 sius Parochi, seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus  
 testibus, si oscula sive de præte: si sive de futuro ne per  
 ipsam quidem copulam, imò nec per consensum expressum  
 transeant amplius in Matrimonium, sed oportet iterum con-  
 trahere servata forma à Concilio præscripta ut supra respon-  
 dit Sacra Congregatio Concilii & dixi plenius in c. Verum  
 ubi decretum Concilii Tridentini non esset publicatum in  
 Parochia, servanda esset predicta distinctio.

Secundo, nota Matrimonium contra interdictum Eccle-  
 sie vel judicis contractum, nisi aliud obstat, Canonicum  
 impedimentum, non esse irritum, separato enim conjugum  
 hic non fit quod ad factum Matrimonium, sed quod thorum do-  
 nec causa interdicti cognoscatur, ut no aut in Summa hujus  
 text. Joan. Andr. Card. Abb. & Alex. de Nevo.

Quero, an habeat licentia decreto Concil. Trident. in d.  
 cap. 1. Matrimonium contractum coram parochi, cui Ordi-  
 narius interdixerat ne ejus celebrationi interveniret validum  
 sit, necne.

Videatur respondendum esse validum. Primò ex his, que  
 tradit S. Thom. quæst. 5. art. 13. ad primum relatè à  
 Tabien. in ver. Impedimentum 13. nam in his que ad Ma-  
 trimonium pertinent, altero per modum prohibentis  
 modo per modum judicantis, altero per modum prohibentis  
 vel punientis, tertio per modum statuentis, hæc potestas,  
 secundum quatuor Ordines inhiberi, non refertur nisi ad  
 secundum modum; & tunc est Matrimonium in edarum  
 contrahendum, non dirimitur contractum, ut patet hic, &  
 in duobus Capitulis sequentibus. Ad tertium modum referri  
 non potest, quia solum auctoritate Summi Pontificis statui  
 potest contra validitatem Matrimonii, ilque solus potest in-  
 habilitare personas ad contrahendum, ut factum fuit in de-  
 creto cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. ita Anton. de  
 Butt. in c. Tua fraternitas n. 5. de spons. duorum, Tabien.  
 loc. cit. ad finem, Covarr. in 4. Decretal. 2. part. cap. 6.  
 §. 10. n. 16.

- 20 Parochus dupliciter illegitimus.
- 21 Matrimonium tripliciter confiditur.
- 22 Archidiaconus contra prohibitionem Episcopi an possit exer- cere officium suum.
- 23 Episcopus potest suspendere à totali curæ exercitio.
- 24 Suspendio non impedit Sacramentum nisi in his que sunt jurisdictionis.
- 25 Matrimonium contractum coram Parocho denunciato excommunicato validum est.

sed non dirimunt contractum, juxta cap. 1. de Voto in 6. &  
 confert doctrinam Bartol. in l. Unversus per illum textum,  
 Cod. de Deur. lib. 10. ubi vult ut quamvis notarius ma-  
 triculus prohibeatur facere instrumenta à statuto, si fecerit  
 valent, Decius conf. 17. Viso quibus.

Tertio, per hanc inhibitionem sibi factam Parocho non  
 desinit esse Parochus, ergò Matrimonium coram Parocho,  
 licet inhibito, factum ratum erit, & validum, quia de eo ve-  
 rè enunciat coram Parocho fuisse contractum, juxta requi-  
 situm Concilii. Et quamvis ex parte Parochi eius interven-  
 tus utpote contra preceptum Episcopi dici possit non licitus  
 ex parte tamen contrahentium & ipsius contractus legitimus  
 censeri debet. Nec dicendum hoc casu propter illam pro-  
 hibitionem factam Parocho inhibitor à Concilio redditas esse  
 etiam personas ad sic contrahendum. Sufficit igitur hoc  
 requisitum adfuisse de facto, prout dici solet de conditione  
 que nisi possit impleri de jure, sufficit ut impleatur de facto  
 l. Mulier, §. 1. ubi Bartol. ff. de condit. instit. Baldus in  
 rub. Cod. de instit. & substit.

Quarto, potestas Parochi subalternatur Episcopo in his  
 que ad jurisdictionem pertinent & Sacramentorum admi-  
 nistrationem, cum tota Diocesis sit Parochia Episcopi cap.  
 Apostolica de donation. quam patitur inter ipsos Sacerdotes  
 Parochiales, qui inde nomen etiam assumpserunt. Parochia  
 enim græcè, jamè Partitio dicitur, & dicitur Parochia quasi  
 partitio curæ, Archid. in c. Eccl. n. 2. 13. q. 1. Hic au-  
 tem actus intervenienti celebrationi Matrimonium non est  
 jurisdictionis, quia Parochus nihil debet judicare seu de-  
 cernere.

Quinto, Parochi persona legitimata est à Concilio ad  
 hunc actum, ergò jure proprio intelligitur actui legitime  
 intervenire; non ex facultate sibi ab Episcopo tributa, arg.  
 l. Mare majorum, hic, qui eam suo jure, non aliena bene-  
 ficia habent, ff. de jur. om. judic. idèdque Episcopus sim-  
 pliciter prohibendo illum tollere non censetur contra dispo-  
 sitionem Concilii ut Matrimonium coram eo celebratum ir-  
 ritum sit, nam est actus factus contra prohibitionem super-  
 ioris regulariter sit nullus, etiam si superior non procedat  
 ulterius annullando actum, leg. Non dubium Cod. de leg. h.  
 que est canonizata in c. Imperiali 25. q. 2. & nor. Host.  
 Jan. Andr. Card. & alii communiter in c. Ad Apostolicam  
 de regular. hoc tamen procedit si eodem contextu superiori  
 tribuit potestatem & adicit prohibitionem ne actus facti nisi  
 hoc vel illo modo; tunc enim recipitur potestas qualificata,  
 seu modificata; & idèd actus non servatis modis præscriptis  
 à superiore redditur nullus ex defectu potestatis, ut in judi-  
 ce delegato, qui formam delegationis non servat; secus ve-  
 rò si prohibito fiat illi, qui prius potestatem habebat cele-  
 brandi ut hoc casu, quia tunc actus sustinetur in vim potes-  
 tatis potestatis, licet transgrediens sit puniendus Ita for-  
 maliter distinguit gloss. in Clement. 1. in verb. Inhibentes,  
 vers. Sed quæro, de jure patron. quam sequitur Anchar. in  
 c. Statutum, §. fin. vers. Advertit de referri. in 6. Abb. in  
 cap. Ex parte n. 5. de consil. Roman. conf. 203. Quod  
 primum, num. 7.

Sexto, Matrimonium præsentè Parocho contractum non  
 obstante ejus contradictione & protestatione, nisi aliud ob-  
 stet, validum est, ut Sacra Congregatio censuit ex l. Coram  
 Titio, de verbis. signific. Ergò similiter validum erit non  
 obstante inhibitione Parocho ab Episcopo facta. Si enim ipse  
 quoad hunc effectum non potest facultatem intereffendi Ma-  
 trimoniis à Concilio concessam à se abdicare, nec videtur  
 id posse Ordinari, qui parem à Concilio habet potestatem  
 argum. c. Innovat supra de elec. in quo considerandum de  
 jure novo pro forma inductum esse, ut Matrimonia coram  
 proprio Parocho celebrentur, aut coram alio sacerdote de  
 ipsius parochi, vel Ordinarii licentia, cum olim absque  
 hujusmodi forma Matrimonia confisterent, ut habetur in  
 princ. d. cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. I ceteros con-  
 trahendi coram Presbitero in primitiva Ecclesia ab ipsius Apo-  
 stolis fuerit introductus, ut in epist. Evaristi relata à Gratiano  
 in c. Alter 30. quæst. 5. & in can. 13. Concil. Carthagin.  
 4. adeo ut propterea hic ritus non tam institutus, quam re-  
 titutus fuerit à Trid. Sinodo, vide Baron. tom. 1. anno 57.  
 n. 47. 48. 49. & 50. & notat ad idem Concilium Cartha-  
 gin. tom. 1. Concilior. general. & provincial. part. 1. pag.  
 591. col. 2. lit. A.



- 70 Concilio Tridentino ad primum, & secundum gradum.
11 Conjugatim, & affines de iure antiquo prohibebantur copulari usque ad sextimum gradum.
14 Gradus propinquior num in dispensationibus sit attendendus, & n. seqq.
15 Ex Constitutione Pii IV. gradus propinquior exprimens non tamen super eo dispensandum.
16 Eadem Constitutio quoad expressionem propinquioris revocata est à Pio V. præterquam quoad primum gradum, & declarationem super remotiori.

Tr qui. Se summat secundum Joannem Andream, sed jungendo textum cum glossa, hoc intendit. Distant à sibi quarto gradu vel ceteriori cum distante quinto vel ulteriori contrahere potest.

Nota ex textu & glossa secundum Abbatem in 2. not. regulam infallibilem in computandis gradibus in linea transversali seu collateralis, videlicet quoto gradu remotior persona distat à sibi se communi parente, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam. Quo fit ut duo conjugatim quorum unus à communi sibi distat quinto & alter quarto per aliam lineam possint matrimonialiter copulari, nimirum quia computato sit à remotiori & sic inter se distat quinto, in quo gradu nulla est prohibitio, capite Non debet, supra eadem; & ita hic est casus secundum Abbatem, Alexandrum de Nizvo & Præpositum in Summa textu.

Quod vendicat sibi locum, etiam eorum alter distat à sibi in primo gradu, quia nihilominus cum distante quinto valide contrahit; & quamvis aliqui contradicant, tamen hæc opinio vera est & communis, camque amplectitur glossa ultime hie, quæ gradum computationem explicat satis dilucide: Joannes Andream num. 2. Butr. num. 4. & Præpositus in fine. Stephanus de Coie in repet. cap. Ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 132. n. 338. Covarr. in 4. Decret. in 2. par. c. 6. §. 6. in fin.

Adverte tamen, quia in dispensationibus Matrimonialibus siat quæ ex conjunctis primum gradum quoquomodo attingat, non sufficit gradum remotiorem exprimere, sed exprimens est primus in quo Summus Pontifex nunquam dispensare intendit, in aliis vero gradibus remotior attenditur & trahit secum propinquorem, ideoque sufficit exprimere remotiorem, obentis tamen postea super propinquiore litteris declarationis, ut in Regula Pii V. Declaratoria Regule Pii IV. publicata die 20. Augusti 1566. & hic junge quod dicam infra in 1. q.

In ascendentibus vero alia datur regula secundum Abbatem hic n. 4. videlicet quot sunt personæ, tot sunt gradus dempto sibi, & ideò demitit sibi, quia filius est ex sanguine patris, unde non fit descendens per duos gradus, sed per unum duntaxat, de quo plenius in Arbore consanguinitatis & per Magistrum sententiarum in 4. dist. 46. de consuet. grad. consangu.

Hinc Antonius qui mulierem quandam cognoverat, ejus mulieris nepem, id est sibi filiam in uxorem ducere volens, dubitavit an sibi liceret cum Concilio Tridentinum ad primum & secundum gradum. restrinxit hanc affinitatem & attendatur primus, cum in utroque mulieri prædictæ conjugatur. Sacra Congregatio censuit non licere & primum gradum attendi, quia in linea transversali, cum gradus est inæqualis, computatio fit à remotiori, sed in ascendentibus quot sunt personæ, tot gradus, unde persona matris facit primum gradum, Abbas in c. fin. de consangu. & affi. amplius dictum fuit, etiam ageretur de collateralibus, quia attingitur primus gradus, non posse attendi remotiorem ob Bullam Pii V.

Cave tamen ne decipiaris, quia exceptio quæ habetur in eadem Bulla Pii V. videlicet ut non sufficiat exprimere gradum remotiorem, si alter ex conjunctis primum gradum attingat, locum habet in terminis in quibus loquitur, id est quoad obviandas dispensationes Matrimoniales duntaxat, fecerunt autem quoad inducendum impedimentum consanguinitatis vel affinitatis aut publicæ honestatis, quia tunc non attenditur

- 25 Adam si hodie viveret non posset cum aliquo Matrimonium contrahere.
27 Lex Civilis non potuit statuere impedimentum dirimens Matrimonium in infinitum inter ascendentes & descendentes.
28 Matrimonium in linea recta ascendente & descendente an & usque ad quem gradum sit irritum jure natura & n. seqq. usque in finem, maxime n. 3.
29 Non est irritum jure Divino positivo.
30 Gradus nullus jure Divino hodie prohibitus est qui idem non sit prohibitus jure natura. Ibidem & n. 21.
31 Præcepta Leviticæ 18. quoad tot personarum inhabilitacionem ad Matrimonium contrahendum judicialia sunt & idò evacuata per Adventum Christi.
32 Præceptum nullum in lege Evangelica continetur quod non sit juris naturalis, præter Præcepta de Sacramentis & de Fide.
33 Matrimonium inter parentes & filios consistere non potest jure naturali prohibente.
34 Sororum & Fratrum consortio quomodo fuit antiquior censellente necessitate, tanto postea facta esse damnabilior Religione prohibita & n. 34.
35 Papa potest dispensare cum omnibus personis conjunctis, nisi cum patre & matre, ut Matrimonium contrahant.

primus gradus, sed remotior ut dixi supra n. 3. & idem dicendum quoad alios effectus.

Ideoque Petrus de Velaço volens contrahere Matrimonium cum Maria Recalda Hispana. Diocesi. quæ prius cum Joanne Velaço fratre germano dicti Petri sponsalis per verba de futuro contraxerat, sed prius vira excessit Joannes quem ipsam vel attentaret vel etiam vidisset, petiit à Sanctissimo dispensationem quæ à Sanctitate Sua ad Congregationem Concilii rejecta fuit. Sacra Congregatio censuit declarandum gradum hunc primum & secundum publicæ honestatis esse sublatum à Concilio, cum fiat computatio à remotiori in transversali linea; & sic à secundo, c. fin. ubi Abb. de consangu. & affi. Nec obstat Bulla Pii V. hæc de re edita die 20. Augusti 1566. quia procedit quando agitur de dispensatione faciendâ. Item procedit in gradibus consanguinitatis & affinitatis & non publicæ honestatis. Ideò declarandum esse primum & secundum gradum publicæ honestatis juxta eodem sibi sublatum esse à Concilio.

Quæro an hodie affinitas ex fornicatione dirimat Matrimonium secundo & tertio gradu.

Sicut hodie impedimentum affinitatis ex fornicatione contractæ, non dirimat Matrimonium postea secutum inter conjunctos in tertio vel ulteriori gradu, cum ex Decreto Concilii, c. 4. sess. 25. de reform. Matrim. sit restrictum ad primum & secundum gradum; ita etiam videtur respondendum hujusmodi impedimentum non dirimere Matrimonium eorum qui in secundo simul & tertio gradu conjunguntur. Pro hæc opinio videtur casus in hæc Decretali; antiquior enim prohibebatur ne consanguinei & affines usque ad septimum gradum Matrimonio copularentur, 35. q. 2. & 3. per tot. Postea prohibitio fuit restricta ad quartum, cap. Non debet supra eodem. Denum fuit dubitatum, an per lineam inæqualem se attingentes in quarto & quinto simul possent Matrimonium invicem contrahere. Et Gregorius IX. in hoc e. respondit posse juxta regulam quæ dicitur quoto gradu quis remotior distat à sibi, eodem gradu à quolibet per aliam lineam descendente ab eodem sibi distat, ex hæc regula constat conjunctos in secundo & tertio gradu, in tertio tantum censeri conjunctos, ut declarat glossa hic in verbo Remotiori quam omnes sequuntur, ut latius dictum est supra n. 2.

Ex hoc itaque inferitur ut quoad eos qui dicto inæquali secundo & tertio simul affinitatis gradu ex illicita copula proveniente se attingunt, hujusmodi impedimentum dirimens locum non habeat, cum in tertio tantum gradu conjuncti dicantur, & consequenter sint comprehensi in secunda parte d. n. 4. hic in ulterioribus verbis.

Non obstat textus in c. Quid dilectis supra eodem quæ probatur dispensationem aliquibus concessam, ut possint contrahere in certo gradu alibi prohibito, requiret ut uterque contrahentium toto gradu à sibi distet, & sic videtur attendendus gradus propinquior. Primum enim respondetur illam textum loqui de dispensatione seu privilegio concesso aliquibus contra jus contrahendi, quod cum sit odiosum, strictè intelligendum est, ut declarat hic Innoc. & Anton. de Butr. in 4. not. Nos autem loquimur de Constitutione consilii quæ Jus commune constituit nec dat privilegia contrahendi in gradibus prohibitis, sed gradum ipsum illiusque prohibitionem ultra secundum generaliter revocat, ideoque latè intelligenda est juxta determinationem hujus capituli. Deinde æ verius respondetur illam interpretationem dispensationis sus-

dari in consuetudine loci, secundum quem receptum erat ut gradus propinquior attendatur, ut perspicue innuit hic textus in illis verbis, cum tamen de consuetudine; & in illis consuetudinibus dicitur multitudine & observata consuetudine deservit; & sententiæ expresse hic glossa in verbo Uterque. Innoc. in fine. Hoff. n. 4. Joan. Andr. n. 8. in fine & Abbas n. 7. Covarr. in 4. Decret. part. 2. c. 6. §. 10. n. 12. & alii apud Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 1. n. 33. prope finem. Unde cessante consuetudine, Summus Pontifex ventimiliter fuisset interpretatur privilegium dispensationis juxta textum hic & regulam superius adductam; & pro hæc opinio facit Declaratoria Clementis VI. de qua meminit Calder. de consangu. & affi. conf. 2. Quæ debet sufficere si in dispensatione exprimitur gradus remotior tantum. Et quamvis postea Pius IV. declarat debere etiam fieri mentionem de gradu minus remoto, non tamen dicit super eo dispensandum esse, sed sufficere ut detur Declaratoria nonobstantia; & ita ipse etiam admittit in computatione graduum verè attendendum esse remotiorem. At præter advertendum prædictam Pii IV. Constitutionem in ea parte in qua declarat gradum propinquior esse nullum, fuisse revocatum per altam Constitutionem Pii V. in qua idem Pontifex inherens Declarationi Gregorii XII. & Clementis VI. declarat ut in dispensationibus sufficere gradum remotiorem exprimere, dummodo propinquior primum gradum quoquomodo non attingat; & ex hoc capite litteras dispensationis subreptionis & obreptionis vito nullatenus subiacere, voluit tamen firmas esse Constitutiones Pii IV. in ea parte in qua disponit ut qui litteras dispensationis impetrarunt obtinere postea litteras Declaratorias super gradu propinquior, ut dictum est supra n. 4. & 5.

Secundo quæro an amittat quæ ex fornicatione post contractum Matrimonium supervenient, debet exactionem impedire, censetur ad primum & secundum gradum restricta Decreto Concilii Tridentini, cap. 4. sess. 24. de reform. Matrim.

Videtur respondendum esse restrictam, quia Concilium d. c. 4. non solum voluit affirmare ex fornicatione contracta ultra secundum gradum non causare impedimentum dirimens, sed nec impedire, ut Pius V. declaravit in Bulla incip. Ad Romanam, edita 4. Klendram Decembris 1566. Si ergo affinitas hujusmodi ultra secundum gradum non impedit quomodo contrahatur Matrimonium, utique nec ubi contractum fuerit si talis affinitas superveniat, impedit debet exactionem, quia plus est contrahere quam dicitur emergere, arg. c. Ex parte, si tertio de decim. & c. cui licet de regulis juris, libro sexto. Quia ratio cum aliis motis est Navarrus, ut in hæc sententiam inclinetur, conf. 3. man. 2. de consangu. & affi.

Non obstat quod casus exactionis debet ex fornicatione supervenientis sit omittitur à Concilio; & idò remanent in dispositione Juris communis, l. Si cum dotata in prin. ff. solut. Matrim. l. Commissione, ff. de liber. & posthum. Quem non est omittitur à ratione Concilii vel à similitudine rationis, ut declarat Oldrad. conf. 224. Hæc sunt allegationes n. 33. Bald. in l. Per divers. quod verum credo, eod. Mandat. Decian. post alios conf. 28. & prima fronte, n. 22 & 23. lib. 2. quia scilicet hujusmodi prohibitio in ulterioribus gradibus non potest sine saluti dispensando observari, capite Non debet, vericulo Prohibito quoque supra eodem, Concilium Tridentinum cap. 3. in fine, sess. 24. de reform. Matrim.

Præterea alia sequeretur absurdum, ut Concilium providisset ut qui non obtinere tali affinitate possent contrahere; & tamen non providisset ut eà non obtinente possent debitum exere, cum tamen Jorge Fuffice fecisset oblinere à contrahendo Matrimonio, quomodo post contractum ab exactione debiti conjugalis. Ad quod constat de verisimilitudine dispositio vel alia sequeretur absurdum, casus omittitur habetur pro expresse, Abbas consilio 75. Primum est videndum, numero quinto, libro primo, Augustus consilio 221. in volumine per tot.

Tertio quæro, nunquid inter ascendentes & descendentes possit esse Matrimonium ultra quartum gradum, quod coincidit cum questione. An hoc capitulum permittens copulam conjugalem ultra quartum gradum inter collaterales, locum habeat etiam inter ascendentes & descendentes.

Convenit omnes, infra quartum gradum in linea recta Matrimonium esse prohibitum, saltem jure Ecclesiastico per textum in c. Non debet supra eodem, nam cum hæc generaliter & indistinctè prohibito contrahendi Matrimonium inter consanguineos & affines restringatur ad quartum gradum, & ita infra hujusmodi gradum adhuc dicitur prohibitum, utique si hoc procedit in collateralibus, multo fortius vendicari sibi locum in ascendentibus & descendentes in quibus major est ratio prohibitionis, & hoc planum.

Sed ultra quartum gradum, an in linea recta permittitur sit copula conjugalis, non convenit Doctores, nam Goffredus

in Summa hoc tit. §. Item queritur n. 7. & post eum Abbas antiquus in d. c. Non debet, n. 4. circa finem, vers. Unde non omisso, putant hæc prohibitionem non extendi ultra quartum gradum, quia cum illa textus infra quartum gradum consanguinitatis eam concluderent nec distinxerit, an in linea recta vel transversali utique generaliter & indistinctè de utraque linea est intelligendus; & cum hæc opinio quam recitat ultimo loco, videtur referre glossa in Summa 35. quæst. prima.

Sed Hoff. in Summa hoc tit. §. Qui consueverunt sub §. 25. Quasi arbor, vers. Non queritur, tenet prohibitionem in linea ascendente & descendente protendi usque in infinitum; & miratur quomodo jus indistinctè loquens corrigat illud quod cum distinctione salvari potest, vel quomodo loquens in genere corrigat quod in specie loquitur, cum potius consentaneum sit, ut hoc casu novum trahat ad se antiquum, ut l. Sed & posteriores, ff. de legibus. Et quamvis Abbas Siculus in d. c. Non debet n. 8. dicat ita originaliter tenuisse Holtienem, tamen ante ipsum hoc voluit Hugo, ut referat præcitate glossa in Summa 35. q. 2. qui censuit in linea descendente prohibitionem extendi in infinitum, per textum in §. 1. l. sit. de nupt. hic in infinitum. Unde secundum eum Adam si hodie viveret, non posset cum aliquo Matrimonium contrahere. Et idem dixit glossa 1. in l. Neminis licet eod. de nupt. Eandem opinionem amplectitur Joannes Andreas in glossa sua super Arbore consanguinitatis, & communiter Doctores, ut hic testatur Anchar. n. 1. eamque putat verisimam Abbas d. n. 8. vers. Et non orinemen, quia cum textus Juris Civili indistinctè prohibeat Matrimonium inter ascendentes & descendentes in infinitum, ut l. Nuptia la quarta, ff. de rit. nupt. & expresse corrodens non reperitur & sit fundata super honestate maxima, non debemus per generalem dispositionem Canonice contractum affirmare, arg. c. 2. supra de desponsat. impub. & verba Abbatis ad litteram transcribit & loquitur Præpositus hic n. 10. & Alex. de Navo in §. Prohibito n. 7. & 8. Idem firmat Imol. in c. Litteras n. 11. de rebus sibi. Silvester in verbo Matrimonium §. 6. n. 5. Covarr. in 4. Decret. in 2. par. c. 6. §. 10. n. 4. & plerique alii.

Quo verb valde dubito de veritate hujus secunde opinio- nis, quia Doctores fundant se in ea potissimum ratione, quod lex Civilis irritans Matrimonia in linea recta in infinitum, servari debet, cum citatur maxima honestate & non fit correctæ per Jus Canonicum. At hæc ratio infirma est, quia lex Civilis inter Fideles, nisi reperitur expresse approbata per legem Canonicam, in quo casu loquitur textus et Abbatem allegatus in d. c. 2. de desponsat. impub. porro tamen non habet ex causa quantumvis rationabili & honeste inducendi impedimenta Matrimonium dirimentia, ut lastimè probat in c. 1. n. 19. supra de cognat. Spirit. Ideoque remitti in l. Nuptia la secunda, ff. de rit. nupt. irritantur Matrimonia à filijsfamilias contracta sine consensu parentum, & lex illa sit fundata in decencia & honestate maxima, ut patet in cap. Honorantur 32. q. 2. in c. Alter 20. q. 5. & in c. Viri ut infra qui Matrim. accipere possunt & scilicet plenius in cap. 2. supra de desponsat. impub. Nihilominus ratio tunc hujusmodi Matrimonia, quomodo Ecclesiæ irritata non fecerit, ut definitur à Concilio Tridentino in c. 1. in prin. sess. 24. de reform. Matrim. atque ita ad Matrimonium irritandum requiritur Statutum Ecclesiæ nec sufficit legalis auctoritas. Cum igitur Matrimonium inter ascendentes & descendentes non poterit irritum fieri à Jure Civili pro solutione questionis inquirendum, an alio jure irritetur.

Et quidem certum est non irritari Jure Divino positivo, quia nullus gradus Jure Divino hodie prohibitus est qui idem naturali Jure non sit prohibitus. Præterea enim Divine Legi Leviticæ 18. quoad tot personarum inhabilitacionem judicialia sunt, Cæteran. in 2. 2. 154. art. 9. in prin. ad 2. & constat ex Tridentina Synodo sess. 24. de Sacram. Matrim. Can. 3. & idèd tunc evacuat per Adventum Christi, c. Translatio de Confit. Magist. in 4. jent. dist. 3. Sanctus Thomas in 1. 2. q. 104. art. 3. In lege autem Evangelica illam præceptum continetur quod non sit Jure naturalis præter Præcepta de Sacramentis & de Fide, ut idem docet in 1. 2. q. 108. art. 1. 2. etòd citat Matrimonium nullus gradus esse Divinæ Legi prohibitus, qui tamen non sit prohibitus Jure naturali, ita Covarr. in 4. Decret. c. 6. §. 10. n. 1.

Similiter certum est Matrimonium inter ascendentes & descendentes non irritari in infinitum jure Ecclesiastico quia Lex Civilis in d. l. Nuptia, la quarta, ff. de ritu nupt. nullibi reperitur Canonizata per sacros Canones; quin imò gradus omnes consanguinitatis Lex Canonica inter quartum gradum conclusit non distinguendo intra ascendentes & transversales, in d. c. Non debet supra eodem, ut dixi supra, num. 11.

Tantum igitur superest inquirendum, num jus nature citra vel ultra quartum gradum consanguinitatis in linea recta Matrimonium dirimat; & quidem in primo gradu, id est in-